

c Consuetudo. ] Ad idē vide per Tiraquell. de re tract. munic. §. 14. gloss. 1. num. 34. Giach. Et hac omnia procedunt, ubi non subesset consuetudo quod res emphyteutica non posset donari, vel legari domino irrequisto, illa enim esset proculdubio obseruanda; & cerē vāde aqua est illa opinio, quod teneatur emphyteuta

volens donare, vel legare ius suum, requirere consensum domini, & volente domino illud acquirere pretio aestimando, quod ipse praefertur donatario, vel legatario, quam ego aliquando sustinui circulis. Tamen propter auctoritatem tenentium contrarium, forte durum esset in practica cōtra eos obtinere.

QVÆSTIO XVI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Pater an possit filiis in re emphyteutica praediacare.
2 Et quid in emphyteusi accepta pro filiis, & heredibus.

3 Et quid in emphyteusi antiqua, seu paterna.

Ex Addit. onibus.

- 1 Quæ emphyteusis dicatur noua, & antiqua; quæ item hereditaria, & ex prouidentia remissive.
2 An, & quatenus filiis in emphyteusi pater praediacare possit, remissive.

ADDITIONES.

QVÆST. XVI.

1 Mphyteusis ali- quando dicitur noua, aliquando dicitur anti- qua. ] Quæ ¶ emphyteusis dicatur noua, & antiqua: quæ item hereditaria, & ex pacto, siue prouidentia, post Clarum hoc loco, & alios, abundē explicat Aluarus Valafcus in tract. de iur. emphy. q. 42. & 43. Harprec.

2 Quod potest pater in ea filiis praediacare. ] An, & quatenus pater in emphyteusi filiis praediacare possit, post Clarum nostrum, & ab eo hic congestos, latissimè declarat Valafcus dicto tracta. de iur. emphyteut. quæstion. 49. numero 2. & sequentib. Harprec.

prout in simili dixi de feudo infra, hoc eodem libro §. feudum, quæstione octaua. Item præmitte, quod aliqua est emphyteusis hereditaria, aliqua non hereditaria, & aliqua mixta, prout etiam in simili dictum est de feudo, in dicto §. feudum, quæstione nona. Emphyteusis hereditaria est illa, quam acquirens stipulatus est pro se, & heredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit, vel etiam pro se, & pro heredibus, si est accepta à priuato. In hoc enim differt emphyteusis priuati à feudo, quia cum emphyteusis accepta à priuato de sui natura transeat ad quoscumque heredes, etiam extraneos, illa verba, pro se, & heredibus intelliguntur etiam de extraneis, vt dixi infra quæstione vigesima octaua, versicul. Tertius casus. Secus autem est in feudo. Nam cum feudum de sui natura non transeat in extraneos, illa verba verificantur solummodo in descendentes hereditibus, vt dixi in dicto §. feudum, quæstione octuagesima tertia, versic. Sed quid si feudum. Quid autem in emphyteusi Ecclesiastica accepta pro se, & heredibus? Dixi in vers. Tertius est. Emphyteusis non hereditaria est, quam acquirens, stipulatus est pro se, & filiis, vel pro se, & descendentes, vel huiusmodi, nulla facta mentione heredum; hæc enim transit ad ipsos filios, seu descendentes, etiam quod non sint heredes, secundum opinionem, quam ego

Accessiue quæro, nūquid pater habens Filios possit in re emphyteutica illis praediacare, disponendo, aut testando, aut vni ipsorum prælegando? Respondeo hic articulus multum confusè à Scribentibus tractatur, propterea ad intelligentiam præmittere debes, quod emphyteusis aliquando dicitur noua, aliquando antiqua. Noua est, quæ habet originem in persona ipsius Emphyteutæ, qui vult de ea disponere, quia scilicet ipse illam acquisiuit. Antiqua vero est, quæ habet originem ab alio ascendente,

tenui infra, quæstione vigesima septima, licet multi in emphyteusi concessa à priuato teneant contrarium. Mixta est, quæ acquirens stipulatus est pro filiis, & heredibus, & sic in qua succedere non potest filius, nisi sit hæres, neque hæres, nisi sit filius, vel descendens, sed vtraque qualitas requiritur, vt dixi in d. q. 37. licet multi etiam teneant, quod in hac emphyteusi concessa pro filiis, & heredibus à priuato succedunt etiam extranei heredes, quod mihi nunquam placuit.

His præmissis dico, quod aut queritur de emphyteusi noua, an possit pater in illa filiis suis prædiacare: & tunc (si quidem emphyteusis est hereditaria, scilicet acquisita pro se, & heredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit) omnes concludunt, quod potest pater in ea filiis prædiacare, neque vlla in hoc est apud Scribentes controversia. Nam huiusmodi bona potius censentur tanquam libera, & allodialia, quam emphyteutica, vt in simili de feudo ita concessio dixi in d. §. feudum, quæstione nona. Aut verò loquimur in emphyteusi non hereditaria, & sic acquisita pro se, & filiis, & tunc variæ sunt opiniones inter Scribentes. Aliqui enim tenent, quod ex stipulatione patris sit ius quæsitum filiis, ita vt non possit pater in ipsa emphyteusi illis prædiacare. Et hanc opinionem dicit esse magis communem, Alex. consil. 106. numero octauo, & consilio 107. in princ. libro quarto, quem refert Ruin. consilio quadragesimo tertio, numero quarto, libro primo, & consilio 48. post numero 8. eodem volumine, & consilio 154. numero quarto, eodē volumine, & consilio 213. numero quarto, eodem volumine, & Ias. in l. 2. numero 209. c. de iure emphyteu. licet corruptè alleget. Refert etiam, & sequitur Dec. consilio 239. numero sexto, quem (vt arbitrator) allegare voluit Gratus consilio primo, post num. 5. libro primo. Hanc etiam dicit esse communem Apostill. ad Alexan. consilio octauo, sub numero decimo quinto, libro tertio vbi multa congerit Gratus consilio duodecimo, numero nono, libro primo, & consilio 132. numero quarto, eodem volumine. Bertrand. consilio 328. numero tertio, libro secundo, in secunda parte, quem refert Apostill. & Alciat. de præsumpt. in prima regula, præsumpt. 51. num. 3. Eandem sententiam vti communem sequitur Didac. lib. 2. resolut. cap. 18. num. 2. Castan. consilio 53. num. 59. Apostill. ad Rimin. consil. 437. sub numero secundo. Rubens in l. Gallus, §. quidam rellē, num. 186. & sequenti. Contrariam autem sententiam plerique etiam tenent, quod scilicet possit pater in huiusmodi emphyteusi filiis suis prædiacare. Ipse enim pater stipulando pro se & filiis, censetur stipulatus ordine successiuo, scilicet primo sibi deinde post mortem suam filiis. Cuius ergo non videatur filiis ius aliquod quæsitum, nisi post ipsius patris mortem

Aut est simpliciter, & absolute hereditaria. ] Adde ad idem, atque vide Rimin. iun. in consilio 394. nu. 31. 32. cum multis alijs seq. Giach.

mortem, merito posse debet de ipsa emphyteusi ad libitum suum disponere. Et hanc sententiam dicit magis communiter teneri idem Alexand. si bi contrarius consil. 124. nu. 8.

lib. 5. quem refert, & sequi videtur Gozad. consil. 25. nu. 18. Hanc etiam dicit esse communem idem Alex. in l. apud Inlianum, §. si quis alicui, potest nu. 4. ff. de leg. 1. quem refert, & sequitur Soc. consil. 127. nu. 10. lib. 3. & Tiraq. de retract. muncip. §. 11. gl. 6. nu. 26. Hanc etiam dicit esse communem Ias. consil. 213. num. 4. lib. 2. Et re vera hæc opin. mihi semper magis placuit, vt scilicet illud, quod ego acquirō, possim etiam meo iure alienare. Et si in feudo nouo acquisito pro se, & filiis potest pater de eo ad libitum suum disponere, in præiudicium filiorum, modo domini consensu accedat, secundum opinionem, quam ego tenui in d. §. feudum, q. 41. vers. Et hæc quidem, multo magis idem dicendum est in emphyteusi, quæ proculdubio facilius potest alienari, quam feudum, Bene verum est, quod si in inuestitura, siue concessione emphyteutica, esset proprio nomine nominatus aliquis ex filiis, vel aliter apparere posset, quod emphyteusis esset concessa, non solum in iur. recipientis, sed etiam contemplatione filiorum; eo casu vtiq. transirem cum alia opinione, quod non posset de ea pater in ipsorum præiudicium disponere, quæ multis auctoritatibus fouetur.

2 Sed quid si sit emphyteusis mixta, puta quia, accepta sit pro filiis, & heredibus? Resp. si teneamus opin. quæ ego teneo quod scilicet etiam si sit acquisita pro se, & filiis simpliciter, possit tamē acquirere de ea libere disponere, multo magis tenendū erit hoc casu, quod etiā in hac emphyteusi, quæ partim est hereditaria, possit filiis prædiacare. Sed certe etiam si in ea, quæ non est aliquo modo hereditaria teneamus contrariam sententiam, quod non possit de ea pater acquirere disponere, adhuc tamen in hac specie teneandum est,

quod possit. cum enim hoc casu appareat, quod pater nō simpliciter stipulatus est filiis, vt filijs, sed etiam vt heredibus, poterit pater de ipsa emphyteusi ad sui libitum disponere, neque poterit filius heres illam reuocare, nisi secundum aliquos adiret paternam hereditatem cum beneficio legis, & inuentarij: quo casu vtiq. admitteretur ad reuocandum, vbi penes eum non remaneret tantum, quantum valeret ipsa emphyteusis. Ego tamē absolute teneo, & sēper tenui, quod pater acquirens emphyteusin sine pro se, & filiis, sine pro se filiis, & heredibus, siue alio quocunque modo concepta sit concessio, potest de ea libere disponere, vt superius dixi.

3 Et hæc quidem omnia locum habent in emphyteusi noua. Si vero loquimur in emphyteusi antiqua, seu paterna, tunc distingue, quod aut est simpliciter hereditaria, puta, quia accepta pro se, & heredibus, vel pro se, & heredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit, vel huiusmodi, & tunc, vt supra dixi, ex quo talia bona iudicantur potius tanquā libera, quam tanquā emphyteutica, nemo dubitat, quin possit emphyteuta, domini accedente consensu, in quemcumque de eis disponere. Aut est simpliciter, & absolute, non hereditaria, puta, quia concessa pro se, & filiis, & tunc, cū sit filiis descendentes ius quæsitum ex beneficio primi acquirantis, & sic virtute primæ inuestituræ, non potest emphyteuta eis in aliquo præiudicare, neque hoc casu reperitur, quod aliquis contrarium teneat, vt dicit Alexan. consil. 106. num. 8. lib. 4. Hoc etiam dicit esse indubitatum Gratus consil. 22. num. 9. lib. 1. Aut est mixta, scilicet concessa pro filiis, & heredibus, & tunc breuiter ego teneo in emphyteusi illud, quod tenui in feudo huius qualitatis, in d. §. Feudum, q. 42. in fin. Vide etiam in hoc proposito ea, quæ dixi infra, q. 37. & nunc pendet hæc quæstio de facto.

Hæc autem omnia intellige, vt procedant quantum ad præiudicium filiorum, sed quantum ad præiudicium domini, reuertendum est ad ea, quæ dixi supra quæstione 12. & sequenti.

QVÆSTIO XVII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam permutare.

Ex Additionibus.

- 1 Ecquid emphyteuta sine consensu domini, rem emphyteuticam permutare liceat.
2 permutationis causa.
3 Quatenus permutatio sit similis venditionis, & verbo emptio- nis contineatur.

ADDITIONES.

1 Permutare. ] Adde, atque suffus vide per Menoch. in consil. 287. in 2. dub. volum. 3. & per Tiraquel. tractat. ino de retract. municip. l. §. 30. gloss. 1. Giach.

2 Permutare. ] ¶ Quod emphyteuta sine consensu domini ē emphyteuticā titula permutationis in alium transferre haud pos- sit, respondit Speculator in tit. de emphyteusi, qest. 121. nu. 147. Angelus in l. emphyteuta sine consensu domini a permutare? Resp. inter voca- cum hi. 8. §. si cui non. 24. ff. de transactionib. & Sarmientus lib. 3. selectar. interpretat. c. 2. nn. 20. Verum contrariam affirmantem sententiam, præter Clarum nostrum, & multos alios, hrobarunt Iason in l. fin. nu. 101. c. de iur. emphyteut. Tiberius Decianus respons. 55. nu. 61. vol. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloss. 1. num. 34. Guid. Pap. decis. 92. Hieron. Gabriel. consil. 84. nu. 3. & Corbulus in tract. de iur. emphyteut. cap. 14. limirat. 12. Eiusque ratio ferè est eadem, quæ est in donatione, quæ inficis, & inconsulto domi- no fieri, posse ostensū est supra ad q. 15. n. 2. et seq. Plerūq. tenim Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

permutat emphyteuta propter effectiōnem, quam habet ad rē, quam ex permutatione consequi intendit, ob viciniratē forte, vel commoditatē, alias non permutaturus, si non posset illā rem assequi. Non igitur citra iniuriam emphyteutæ, aliam rem offerendo, permutationem hanc dominus impedire conabitur.

Et sane dominus vix idē peastar e pot. quod offert is, cū quo permutatio in- stituitur. Aut enim nō habet casū res, aut nō eodē loco sitas, aut nō tā comoditas emphyteute, quā alter habet. D. Obrecht. dispu. 36. de iur. emphyt. th. 191.

3 Nec ¶ obstat l. sciendum §. deinde §. ff. de adil. edict. l. fin. ff. quib. ex causis possit. cat. & l. statuti liberi 29. ante finem. ff. de statuti liberi. quibus in legibus dicitur, permutationem, esse similem venditioni, verboque emptiois omnem alienationem contineri. Cum itaq. venditio fundi emphyteutici prohibita sit: efficitur inde, permutationem etiam eius censeri interdicitam. Hoc c, inquam, non obstat: quandoquidem permutatio venditioni similis est, & verbo emptiois comprehenditur; non vtiq. ratione proprietatis vocabuli, sed ratione mentis



mentis, & voluntatis, eo scilicet casu, in quo eadem militat permutationis, & emptionis ratio. At in presenti quaestione longe diuersam rationem inter emptionem, & permutationem esse, modo iudicatum est. Et certe vtriusque diuersitas vel inde constat: quod permutatio rebus, venditio pretio fieri dicitur, l. 1. ff. de rer. premut. Harprec.

**Sed nunquid poterit illam transferre, in extraneum titulo permutationis?** Respond. quod sic. Ita dicit Bald. in l. si domus. §. fin. ff. de leg. 1. & ita communiter tenetur, vt ait Ripa in l. qui Romae, §. duo fratres, nu. 86. ff. de verb. oblig. Hoc tamen intellige, vt procedat, dummodo talis permutatio fiat bona fide, sed si aliqua fraus subesset, puta, quia in effectu emphyteuta rem ipsam venderet, sed in contractu ipso assereret se premutare, vt

privaret dominum iure suo prelationis, talis fraus domino non obest, quo minus possit vii suo iure prelationis. Ita dicit Bald. in d. l. si domus. §. 1. & est communis opin. vt attestatur Ripa in l. 2. in prin. nu. 38. ff. si certum petatur. & forte etiam de iuris rigore dici posset, quod hoc casu emphyteuta propter huiusmodi alienationem caderet a re emphyteutica, quod multi etiam tenuerunt. Hoc tamen pro nunc non assero.

mino, & conducere rem proprie sicuti ipse faciebat an dominus compellatur illum accipere? quod sic, vide per Marfil. de fideiussor. sub nu. 214. & 215. vbi etiam si emphyteuta fecit expressum pactum, quod in fine locationis possit tollere, & eleuare omnia melioramenta, & sint sua, certe si emphyteuta in fine velit illa exportare, poterit dominus offerendo pretium inhibere, ne releuet: quod esse not. dicit ex Bald. & Iason ibi aduocatis. Giach.

QVAESTIO XVIII.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuticam hypothecare.

Ex Additionibus.

1 An emphyteuta, absque domini consensu, praedium emphyteuti

ADDITIONES.

**H**ypothecare, vel pignorarere. Si potest capi in pignus, an vocandus sit dominus directus? vide per Barbat. consilio 170. volumine secundo.

Item emphyteuta in re an possit constitui pignus: vide Bald. consil. 306. verba omnino. Rip. in l. 1. numer. 14. de pignor. & hypot. Afflict. decif. 191. Ruin. consil. 17. Boer. decif. 180. & emphyteutis pignorata reuertitur ad dominum sine onere. Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocan. dona. fol. 361. & per Boer. decif. 18. Emphyteuti pignorata, si emphyteuta non vult soluere, canonem, creditor tenetur soluere, alias cadit Ripa dicit leg. 1. numer. 19. Tiraquel. de retract. munic. §. 36. gloss. 2. nu. 18. cum seqq. vbi vide. Giach.

**Hypothecare, vel pignorarere.** Quod emphyteuta praedium emphyteuticum absque domini consensu oppignorare non possit defendere conatur Sarmientus libr. 3. selectar. interpretat. cap. 2. nu. 3. vbi audacter dicit, eandem denunciationem, quae in venditione requiritur, requiri etiam in pignoris constitutione. Sicut enim (inquit) in venditione potest dominus offerre pretium: ita etiam quando rus pignoratur, potest dominus mutare pecuniam, sub qua pignoratur. Nam si admitteretur pignoratio sine domini consensu, nulla ei facta denuncatione: necessario etiam permitteretur venditio, per text. in l. si pupillorum

7. §. si pupillus. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela, & c. Haec Sarmienti noua opinio vtrunque plausible videtur: eam tamen a veritatis tramite longe, lateque aberrare exploratum est, per text. notabilem in l. lex vestigali. 3. 1. ff. de pignorib. & hypothec. vbi proponitur, fundum vestigalem, siue emphyteutarium ab emphyteuta oppignoratum fuisse: & quaeritur, an recte pignori datus esset? Respondit Scauola: si pecunia intercessit, pignus subsistere. In hac autem lege, domino non con-

- cum oppignorare queat.
- 2 Sarmienti nona opinio refutatur.
- 3 Enonatio l. lex vestigali 3. 1. ff. de pignorib. & hypothec.
- 4 Prohibito vno omnia simul, quibus ad illud peruenitur, prohibita censentur.
- 5 Pignoratione concessa, non intelligitur etiam concessa venditio.
- 6 Intellectus leg. si pupillorum 7. §. 1. ff. de reb. eorum, qui sub tutel. & c.
- 7 Intellectus l. fin. C. de reb. alien. non alienan.

sentiente; nec requisito, fundum emphyteuticum obligatum fuisse, ex eo manifestum est: tum quod in illa prorsus nulla fit mentio consensu domini: sed potius ex aduerso ostenditur, solum possessorem fundi vestigalis contractum pignorationum cum creditore celebrasse. Tum quod in ista lege a Scauola

**QVAEST. XVIII.** Vero, an possit emphyteuta rem emphyteuticam, sine domini consensu hypothecare, vel pignorarere? Respon. quod sic. Ita dicit gl. in d. l. fin in verbo, Alijs vendere. C. de iure emphyt. quae in hoc communiter appro-

ipso creditore, cui fundus obligatus, siue pignoratus fuerat. Ex quo rursus cernitur: dominum hypothecationem fundi vestigalis minime consensisse. Alioquin enim non ipse, sed creditor ratione pignoris, consensu domini constitutus, potior esset. Eandem sententiam non parum confirmat. tex. in l. tutor 16. §. fin. ff. de pignoratitia act. Item ratio illa, quod pignus in bonis debitoris remaneat: l. pignus 9. C. eod.

Huic sententiae non obstat peruulgata regula, qua astringitur; quod prohibito vno, omnia simul, quibus ad id peruenitur, prohibita esse intelligantur, l. oratio. 16. ff. de sponsalib. Venditio autem iuris emphyteutici, domino non requisito, sit prohibita. Ergo etiam pignoratio, per quam ad venditionem peruenitur, inter dicta censetur. Non, inquam, regula ista obstat. Venditio namque fundi emphyteutici non simpliciter, sed haecenus prohibita est, vt illum emphyteuta non possit domino (qui requiritur pretium offerre manu) non consentiente distrahere. Ceterum si dominus, post denunciationem sibi factam, pretium intra tempus legitimum offerre tergiueratur; eo etiam inuito, venditio perfici potest, l. 3. C. de iur. emphyteut. Sed per pignorationem, emphyteu-

phyteuta concessam, non peruenitur ad venditionem, eidem interdictam. Neque enim, pignoratione fundi emphyteutici interposita, creditori licet fundum hypothecatum vendere, domino, qui requisitus pretium offerre paratus est, consensum suum non accomodante, d. l. 3. C. eod. Atque hac responsione satisfieri etiam potest dissentientis Sarmienti fundamento, quod extruxit ex d. l. si pupillorum 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela, & c. Affirmamus siquidem, pignoratione concessa, haud quam permitti creditori, domino contradicente, fundum emphyteuticum hypothecae suppositum distrahere. Nam licet minime negetur, creditorem istum vendere fundum posse: haec tamen venditio secundum conditionem, ac naturam rei emphyteuticæ instituenda, adeoque, domino prius requisito, peragenda erit. d. l. 3. C. de iur. emphyteut. Nec contraarium ex d. l. si pupillorum 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutela, & c. colligitur. Quoniam ibi decretum praetoris, in venditione rei pupillaribus, pignori suppositæ, ideo non desideratur, quod decretum illud in contractu pignoris legi time interpositum fuerat. Sufficit

enim, decretum semel in actu interuenire, siue interponi; nec postea in executione ipsius actus necessario requiritur, argum. l. quæro. 60. §. 1. verf. Sed vt expediatur quaestio. ff. de iur. dotif. Sic non obstat l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. vbi alienatione prohibita, censetur etiam pignoris datio interdicta esse. Quia ea de specie illic tractatur, in qua alienatio simpliciter prohibita fuit: qua prohibitione facta, vtrique etiam pignoris datio inhibita esse intelligitur. At vero fundi emphyteutici venditio non simpliciter (vt supra monitum) sed haecenus emphyteuta est interdicta, vt illam nequeat, domino, si modo ipse pretium offerre velit, non consentiente distrahere, d. l. 3. C. de iure emphyteut. Atque haec est communissima Interpretum sententia; quam post Clarum nostrum, & ab eo citatos, comprobant Emanuel Soarez in thesaur. recept. sentent. in verb. emphyteuta. nu. 105. Andreas Gail. libr. 2. obseruat. 1. 5. num. 9. Borholt. in tract. de feud. cap. 3. nu. 42. circa finem. Corbulus in tract. de iure emphyteut. cap. 14. limitat. 33. & alij per hunc designati. Harprec.

QVAESTIO XIX.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuti-

cam alteri locare.

Ex Additionibus.

- 1 Locatio ad modicum tempus; item ad longum tempus quaeritur.
- 2 Num emphyteuta integrum sit, praedium creditori suo irrequisito domino, in solum dare.
- 3 Datio in solum mera venditio esse dicitur.

ADDITIONES.

**I** quæris de locatione ad modicum tempus. Adde, quod locatio ad modicum tempus sit, quae fit ad triennium, quinquennium, imò & ad nouennium; locatio vero ad longum tempus sit, quae fit ad vitam locantis, siue ad decennium, vel ultra, argum. rubric. & l. penult. & vltim. C. de praescript. long. tempor. Philip. Corneus consil. 55. nu. 2. Decius consil. 264. Bartol. in l. 1. §. quod autem. ff. de superficie. Aluarott. in procem. feudor. colum. penult. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. nu. 1. & plures alij, quos cumulat, & sequitur Valascus in tract. de iure emphyt. quaest. 29. nu. 1. 3. & 5.

**2** Adde & illud; quod emphyteuta praedium emphyteuticum creditori, cui ad certam pecuniae summam obligatus est, irrequisito domino, in solum dare non possit: sed domino facultas concedatur, vt post denunciationem sibi

QVAEST. XIX.

**V**ero, nunquid possit emphyteuta sine domini consensu alteri locare rem emphyteuticam? Respond. si quæris de locatione ad modicum tempus, nulla est difficultas, quin possit illam locare: talis enim locatio non est species alienationis. In locatione autem ad longum tempus, aliqui etiam idem sentiunt, & dicit Apostil. ad Alexan. consil. 119. circa fin.

factam ipsamet pecuniam creditori debitam exponat, sique praedium ad se recipiat. Huiusque ratio euidens est: quia datio in solum, quae fit voluntarie pro pecunia debita; mera venditio esse dicitur, l. vltim. ff. de reb. auctorit. iud. possidend. l. si praedium 4. in fin. C. de euictionib. Ludou. Bologninus

libro tertio, quod ita communiter obseruatur. Et licet forte hoc de iure non procederet, cum locatio ad longum tempus sit species alienationis, vt dixi infra hoc eod. lib. §. locatio, tamen vbi vigeret talis obseruantia, & consuetudo, vtrique esset attendenda, & sic excusaret emphyteutam a pena priuationis, vt in simili dixi infra hoc eod. lib. §. feud. quaest. 33. verf. Scias tamen. Sed cessante consuetudine, ego semper inclinarem in contrariam sententiam.

num. 29. verfic. at secus, volum. 1. & alij, quos laudat Corbulus in tract. de iur. emphyt. cap. 14. limitat. 19. num. 3. & sequenti. Harprec.

QVAESTIO XX.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Emphyteuta an possit irrequisito domino rem emphyteuticam alteri in emphyteusim concedere.

Ex Additionibus.

1 An emphyteuta, irrequisito domino, possit rem emphyteuticam alteri in emphyteusim concedere.

- 2 Nunquid emphyteuta, in scio domino, praedium emphyteuticum in dotem dare valeat.
- 3 Finis denunciationis, & expectationis consensu domini quis.
- 4 Emphyteuta olim quouis modo in solum alienare potuit.
- 5 Quod noua lege non est expressum specialiter, veteri adhuc relicto intelligitur.
- 6 Vtrum emphyteuta fundum vestigalem aestimatum, domino dissentiente, in dotem dare queat.
- 7 Datio rei aestimata in dotem species venditione putatur.
- 8 Quidam Auctor confutatur.
- 9 Sententia, & intellectus l. aestimatis. 50. ff. solut. matrimon.